CAROLO AUGUSTO HASE

VENERABILIS THEOLOGORUM ORDINIS SENIORI

DIE XV MENSIS IULI A. MDCCCLXXX

QUO DIE ANTE HOS QUINQUAGINTA ANNOS AUSPICIIS FAUSTISSIMIS IENAM VENIT

MATUTINUM AVE LATURI

HOC EXEMPLUM

NOVI SCHOLARUM HIBERNARUM INDICIS

IN QUO

IPSE SCHOLAS PER SEMESTRE QUOD INSTAT A SE HABENDAS INDICIT

PRIMAS POST CENTESIMAS

GRATULABUNDI OFFERUNT

PRORECTOR ET SENATUS ACADEMIAE IENENSIS.

I E N A E

TYPIS EDUARDI FROMMANNI.

Dimidiatus erat saecli tricesimus huius
Iulius, et iam Sol pronus agebat equos,
uniiugo vectus cum per declivia montis
carpento Ienam tenderet Hasus iter.
Tum primum spectans iuvenis nova tecta professor:
'salve, ait, o celebris parvula Iena mihi.'
Iena cui contra: 'multum salveto vicissim
et Tu, pars famae magna futura meae!'
Rursus adest Iuli post quina decennia quintus
Salanis musis hic decimusque dies,
o, quanto melior Phoeboque sacratior illo,
quo primum nostra fixit in urbe pedem.

Atque iterum civem blandis affata loquellis
Iena ait: 'ingenio macte fideque senex!
macte senex venerande, senem si dicere fas est,
quem damno nullo cana senecta gravat.
Perge igitur, Tu iam famae pars maxima nostrae,
hanc academiam condecorare meam!'

INDEX
SCHOLARUM HIBERNARUM

PUBLICE ET PRIVATIM

IN

UNIVERSITATE LITTERARUM IENENSI

INDE A DIE XVIII M. OCTOBRIS A. MDCCCLXXX

USQUE AD DIEM XVIII M. MARTII A. MDCCCLXXXI

HABENDARUM



PRAEMISSA EST

MAURICII SCHMIDT ANTIQUARUM LITTERARUM PROFESSORIS P. O.

COMMENTATIO DE CAROLI LACHMANNI STUDIIS METRICIS RECTE AESTIMANDIS.

IENAE

PROSTAT IN LIBRARIA ED. FROMMANNI.

Ad libros quorum memoria hac aetate paene exstincta est, referendi sunt etiam Caroli Lachmanni de choricis systematis tragicorum Graecorum libri quatuor, Berolini 1819 editi: qui etiamsi fortasse propter emendationes in iis dispersas nonnunquam inspiciantur, vix leguntur tamen ad cognoscendas disputationis sententias, idque ne a metricis quidem. Qua neglegentia vereor ne artis metricae studiosi non mediocriter commodis suis officiant. Ego enim qui libros illos et iuvenis sedulo legerim et deinde repetita lectione etiam accuratius cognoverim, multa me in iis invenisse fateor tam egregie observata, ut etiam nunc bonorum seminum instar non inter vepres abiecta sperni, sed ad novos fructus ferendos disseminari mereantur. Quorum dictorum etiam illud est, quod, cum primum L. II p. 38 in disquisitionibus Aeschyleis pronuntiasset, mox L. III p. 123, ubi de Sophocle disserere pergit, repetere non dubitabat: singulas strophas et antistrophas metra non plura tribus continere, legemque fuisse, ut ne plura tribus singulas strophas regerent. Sic enim emendandam vel amplificandam esse Porsoni doctrinam, quem etsi id curandum esse imprimis docuisset, ut eadem aut similis versuum species quam saepissime recurreret, in eo tamen errasse existimabat, quod quia stropharum versus metris quibusdam regi recte perspexisset, partim omnem poetarum libertatem restrinxisset, partim ea, quae regulam non sufficientem effugerent, ad certam normam exigere nequivisset. Uno exemplo praeceptum Lachmannianum illustrabo. Sophoclis in Trach. v. 114—120 haec accipe:

πολλὰ γὰρ ὥστ᾽ ἀκάμαντος ἢ νότου ἢ βορέα τις
κύματ᾽ ἐν εὐρέϊ πόντῳ βάντ᾽ ἐπιόντα τ᾽ ἴδῃ,
οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ τρέφει, τὸ δ᾽ αὔξει βιότου
πολύπονον ὥσπερ πέλαγος Κρήσιον. ἀλλά τις θεῶν
αἰὲν ἀναμπλάκητον Ἅιδα σφε δόμων ἐρύκει.

hanc igitur stropham sic ille L. III 7 p. 146 tribus regi metris docet, ut tres fiant periodi hae:

A. –́ ⏖ – ⏖ – ⏒ | –́ ⏖ – ⏖ ⏓ – | –́ ⏖ – ⏖ – – | –́ ⏖ – ⏖ –, –
B. –́ ⏑ – . – ⏖ –, ⏑ | –́ ⏑ – . – ⏖ –, ⏑ | ⏕ ⏑ – . – ⏖ – Λ |
Γ. –́ ⏖ – ⏑ – ⏑ – . | –́ ⏖ – ⏑ – ⏑ – . | –́ ⏖ – ⏑ – . – Λ |

Rem dices perspicuam adeoque nihil dubitationis habentem, ut unquam dubitari potuisse mireris. Ne tamen excusatione carerent, qui rei certissimae diffiderent, fatendum est ipsum

1*

Lachmannum non satis cavisse, quippe qui p. 7 in describendis Pind. Pyth. IV metris intra certas artis leges eam tamen fuisse poetae libertatem statueret, ut et a fine et in principio metrorum aliquot syllabas ex poetae arbitrio additas esse non negaret, oblitus nempe, talibus syllabis tanquam in gurgite natantibus omni numerorum continuatione sublata ne suam quidem regulam sufficere numeris ad certam ubique normam exigendis. Vides igitur, si quis Lachmanni rem tueri voluerit, ei id unum agendum esse, ut etiam syllabas illas iisdem legibus teneri demonstret, quibus aut strophae integrae regantur, aut, si qua inciderit *μεταβολή*, singulae stropharum partes, numerorum illa vicissitudine perspiciendae. Quod cum demonstrari posse nobis persuaserimus, Lachmanni patrocinium repudiare noluimus.

Syzygiae, quae in parodo Oed. Reg. 167—189 altera est, Lachmannus L. III p. 139. 140 hanc apposuit metrorum descriptionem:

A 1. [–⏑⏑⏑⏑⏑⏑–⏑]–[–⏑⏑⏑⏔⏑–⏑]–⏑⏑–⏑⏑, –⏑⏑–⏒
B 2. [–⏑⏑–:⏑⏑:–⏑⏑–⏑⏑]
Γ 3. ⏒[–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏒]
Γ 4. ––⏑[–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏒]
Γ 5. ––⏑–[–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏒]
B 6. [–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑]
A 7. [––⏑–⏑––]

Tria igitur statuit metra 1) –⏑⏑⏑⏑⏑⏑–⏑ 2) –⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑ 3) –⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏒ et duplicem epiplocen –⏑⏑ et ––⏑–. At non recipiunt aures aut syllabam longam primo versui ex arbitrio iniectam aut in versibus 1 et 4 incisionis rationem sic mutatam, ut pro anapaestis fervidius assurgentibus pedes fiant dactylici cadente numero remissiores. Nihilo tamen minus de summa re verum est Lachmanni iudicium: recteque opinor idem etiam de rebus levioribus iudicaturus fuisset, si vitam ad nostra usque tempora extendisset, quibus ne uni quidem syllabae a modulatione semel instituta aberrare licere didicimus. Itaque strophae alterius partes praecipuas constituunt *δάκτυλοι*, qui *ἀπὸ μείζονος* dicuntur quique *ἀπ᾽ ἐλάττονος*, quorum eam vim poeta esse voluit, ut numeri dactylici, quos universae strophae *α′ λέξει* adiunxerat, etiam in altera stropha et antistropha quodammodo resonare viderentur. Quibus tertiam adiecit partem numero iambico decurrentem, eo puta consilio, ut numeri, quo per totam stropham et antistropham tertiam usurus erat, priusquam plene exaudiretur, esset aliqua iam ex hac stropha praesumtio. Neque latet cur admiscuerit anapaestos, a Lachmanno, quod satis mirari nequeo, non animadversos. Nam cum anapaesti dactylicos pedes tempore exaequarent, cum pedibus autem iambicis et ipsis altius assurgentibus sublationem soni communem haberent, aptissimi videbantur, quibus a dactylico numero ad iambicum transitus pararetur. Hinc igitur factum est, ut ter usus sit poeta tetrapodia dactylica:

⏒⏑⏑ –⏑⏑ ⏒⏑⏑ –⏓
ᾧ τις ἀλέξεται· οὔτε γὰρ ἔκγονα
-λῳ προσίδοις ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν
κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρὸς ὅρμενον

item ter dimetro anapaestico:

⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑ . . .
στόλος, οὐδ᾽ ἔνι φροντίδος ἔγχος
χθονὸς αὔξεται, οὔτε τόκοισιν
καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες

sexies denique numero iambico, ac ter quidem plenis colis

ὢ πόποι, ἀνάριθμα γὰρ φέρω
πήματα, νοσεῖ δέ μοι πρόπας
ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ

ter frustulis dipodicis

. . . κλιτᾶς
ἰηΐων
ἄλλον δ᾽ ἂν ἄλ-

Quae dispositio artificiosissima ex metrorum illis conspectibus, qui quidem nostris fabulae editionibus adici solent, non satis perspicitur, sed facillime illustrari poterit hoc diagrammate:

```
α ⏒⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ | ⏑⏒⏑–  |                          |
α ⏒⏑⏑ ⏑–    | ⏑⏒⏑–  | ⏑⏑⏒⏑⏑– | ⏑⏑⏒⏑Λ̄  ▌ Λ⏒⏑⏑–⏑⏑ | ⏒⏑⏑–⏑⏑
           Λ̄⏑–  | ⏑⏑⏒⏑⏑– | ⏑⏑⏒⏑Λ̄  |
           ⏑⏒⏑–  | ⏑⏑⏒⏑⏑– | ⏑⏑⏒⏑Λ̄  ▌
           α –⏑–  |                          | . ⏒⏑⏑–⏑⏑ | ⏒⏑⏑––
                  |                          |   ⏒⏑⏑–⏑⏑ | ⏒⏑⏑–⏑⏑
Λ̄Λ– | . –⏑– | ⏑– . – ||                      |
```

Est igitur re vera ita, ut dixerat Lachmannus, metra in hac stropha inesse non plura tribus, sed metra illa sunt tetrapodia dactylica, anapaestica, iambica; at quae praeterea comparent frustula passim inspersa non pro syllabis habenda sunt ex arbitrio adiectis, sed pedes sunt pedum tempora aut omnia verbis, aut partim verbis partim sonis explentes. Unum addam, ut quid sibi velint virgulae pinguiores, quibus bis in diagrammate usus sum, lectores ne fugiat. Curandum enim erat, ut etiam periodorum ambitu, quibus tota stropha continetur, clare perspecto, quae rhythmica eius esset conformatio simul posset cognosci. Diagrammate igitur in hanc formam mutato:

– | ⏖́⏑⏖⏑ | –⏑–, – | ⏖́⏑–⏑ | –⏑–, ⏖ | –́⏖–⏖ | –⏒Λ̄Λ |

–́⏖–⏖ | –⏖–⏖ | Λ⏑–⏖ | –́⏖–⏖ | –⏑Λ̄– | –⏑–⏖ | –́⏖–⏖ | –⏑Λ̄– |

–́⏑ – . | –́⏖–⏖ | –⏖–⏒ | –́⏖–⏖ | –⏖–⏖ | Λ̄Λ– . | –́⏑ – ⏑ | – . –Λ |

strophae tripartitae compositionem intelleges esse proodicam, ac proodum quidem tribus constitui tetrapodiis, duobus iambicis una anapaestica; duarum autem periodorum subsequentium eundem esse ambitum binarum hexapodiarum cum singulis tetrapodiis libero tamen ordine commissarum. Alterum exemplum proponimus Soph. Ant. 332—353, quorum versuum metra tria Lachmannus L. II 11 p. 172 haec descripsit, litteris ***ABΓ*** insignita:

1. ***A*** [–⏖–⏑–] ⏑–, –– [–⏖–⏑–]

2. ***A*** –⏒ [–⏖–⏑–]

3. ***A*** –– [–⏖–⏑–] ––⏑–⏖–⏒

4. ***B*** [⏑–⏑–⏑–]

5. ***B*** [⏑–⏑–⏑–] ⏑––

6. ***Γ*** [–⏖–⏖– : ⏖–⏖–⏖–⏖–⏖–⏖]

7. ***B*** –[––⏑–⏑–]–

Hic quoque non partem veri sed verum vidisse putandus esset, si nullo inter versus Glyconeos atque Glyconicos statuto discrimine primum metrum exhibuisset Glyconeum, alterum tetrapodiam dactylicam, tertium tetrapodiam iambicam, bis adiecta dipodia in hexapodiam excrescentem: quam rationem ante oculos ponit schema hoc:

–⏖–⏑ | –⏑– . |

–––⏖ | –⏑–Λ ‖

–⏒–⏖ | –⏑– . |

–––⏖ | –⏑–, – |

–⏑–⏖ | – . –, ⏑ | –⏑–⏑ | –ΛΛ̄Λ ‖

| Λ̄⏑–⏑ | –⏑–⏑ | – . – . | –⏖–⏖ | –⏖–⏖ ‖

–⏖–⏖ | –⏖–⏖ |

| – . – . | –⏑–⏑ | – . –Λ ||

quamquam versus quintus etiam hanc formam induere potest: –⏑–⏖ | – . –Λ | Λ̄⏑–⏑ | –⏑–Λ | . Periodorum fines indicabit haec descriptio:

1. –⏖–⏑ | –⏑– . | –––⏖ | –⏑–Λ |

–⏒–⏖ | –⏑– . | –––⏖ | –⏑–, – |

–⏑–⏖ | – . –, ⏑ | –⏑–⏑ | –ΛΛ̄Λ ||

2. Λ̄⏑–⏑ | –⏑–⏑ | – . – . | –⏖–⏖ | –⏖–⏖ |

–⏖–⏖ | –⏖–⏖ | – . – . | –⏑–⏑ | – . –Λ ||

e qua apparet, ter periodum fieri binis glyconicis, bis hexapodia iambica cum tetrapodia dactylica commissa; artiore tamen ligamento tertiam periodum cum altera contineri, quam primam.

Tertium exemplum sit hyporchema Soph. Antig. 1115—36 episodio quarto insertum. Ac Lachmannus quidem hac exhibita metrorum descriptione:

1. *A.* ⏑⏑ [–⏑⏑–⏒, ––] –⏑–⏑
2. *B.* [–⏑–⏑–⏑⏑–]
3. *Γ.* ⏑– [⏒–⏑–⏑–]
4. *A.* [–⏑⏑–⏑, –⏑]
5. *B.* [–⏒–⏒–⏑⏑–] –––––
6. *B.* – [–––⏒–⏑⏑–] ––
7. *A.* ⏕ [–⏑⏑––, ––] ⏕ : [– : ⏕–⏑, –⏑] –⏑––

tria metra stropham regentia agnosci iubet 1) –⏑⏑–⏒, –– 2) –⏑–⏑–⏑⏑– 3) ⏒–⏑–⏑–. Recte si pro tertio substitueris ⏑–⏑–⏑–⏑–, quamquam dubitare licet, num inter Glyconicum primum, quo semel tantum hac in stropha poeta usus est, et glyconicum tertium accurate distinguere operae pretium sit. Sed quod tantum syllabarum pedumque numerum pro additamentis venditat ex arbitrio intrusis, eo sane universam strophae structuram, quae meris tetrapodiis nititur, a se non perspectam fuisse luculenter prodit. Res potius ita habet. Tertii, qui dicuntur glyconici, quinque numerantur:

καὶ Διὸς βαρυβρεμέτα
παγκοίνοις Ἐλευσινίοις
Βακχεῦ Βακχᾶν ματρόπολιν
Θήβας ναιετῶν παρ᾽ ὑγρῶν
Ἰσμηνοῦ ῥείθρων ἀγρίου τ᾽,

tetrapodiae iambicae quatuor:

-μείας ἄγαλμα νύμφας
γένος κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις
Δηοῦς ἐν κόλποις
ἐπὶ σπορᾷ δρακόντος,

glyconicus primus unus: *Ἰκαρίαν μέδεις δέ.* Una igitur inter decem tetrapodias cum sola feratur dipodia *πολυώνυμε Καδ-*, dubium esse non potest, quin et ipsa temporum inanium adiectione in tetrapodiam transformari debeat, quamquam quot pedibus poeta carmini in universum praeluserit ignoramus. Quid multa? metra, ut Lachmanni formulis utamur, duo sunt: diagramma rei illustrandae aptius hoc erit:

Λ Λ̄ Λ Λ͡⏑ ⏑–⏑⏑– | –⏊⏑–⏑– . –
Λ⏊⏑ – ⏑–⏑⏑– | ⏒⏊⏑–⏑–⏑– ‖
Λ⏊⏑⏑–, ⏑– . ⏓ |
Λ⏊⏒ – ⏑–⏑⏑– | . ⏊ . ––– . – ‖

– ⏑́ – – – – ⏑⏑ – |
. ⏑́ – – ⏑ – ⏑⏑ – |
∧ ⏑́ – – – – ⏑⏑ – | ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ – . – ‖

Sin periodos distinguere voles, singulis versibus usque ad virgulas extentis scribe:

∧ ∧̄ ∧ ∧ ⏑ ⏑ – ⏑⏑ – | – ⏑́ ⏑ – ⏑ – . – | ∧ ⏑́ ⏑ – ⏑ – ⏑⏑ – | ⏓ ⏑́ ⏑ – ⏑ – ⏑ – |
⏑́ ⏑⏑ –, ⏑ – . ⏒ | – ⏑́ . – ⏑ – ⏑⏑ – | . ⏑́ . – – – . – |
– ⏑́ – – – – ⏑⏑ – | . ⏑́ – – ⏑ – ⏑⏑ – | . ⏑́ – – – – ⏑⏑ – | ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ – . ⏒ ‖

neque ab hac conformatione, quam mesodicam dixerim, eo te seduci patiare, quod verba *Ἰκα-ρίαν, μέδεις δὲ,* sic in initio alterius periodi collocata, non ferrent nostra aetate artis musicae gnari — idem enim supra fieri vidimus Soph. O. T. 171 *ᾧ τις ἀλέξεται* (Antig. 815 *ἔγκληρον*).

Sed iam subsistam. Pluribus enim exemplis observationem certissimam fulcire, id vero et tempus perdere esset et bonas chartas. Dicam potius, quid bonae frugis ex hac observatione ad reliquas artis metricae partes rectius administrandas redundare mihi visum sit. Quarum partium cum difficillimus ille locus sit, qui ad tempora inania cessationumque spatia pertinet, in hunc primum inquiram.

Brambachius quidem in studiis metricis p. 196 non modo media periodorum metra temporum inanium signis distingui vetat, quia veretur, ut morae spatium accurate definiri possit, sed eos etiam operam perdituros esse pro certo affirmat, qui de praelusionum ambitu e metrorum pervestigatione certi aliquid expiscari conati fuerint. Mihi secus videri, diagrammata supra delineata documento sunt, in quibus tibi utriusque pausarum generis praesto sunt exempla satis opinor probabilia; ac morae quidem in media periodo admissae in Soph. O. T. p. 171—173: *ᾧ τις ἀλέξεται οὔτε γὰρ ἔκγονα* ∧̄ *κλυτᾶς χθονὸς αὔξεται οὔτε τόκοισιν* ∧̄ *ἰηίων κτλ.*, pedis autem praelusione explendi in Soph. Antig. 115 ∧ ∧̄ ∧ ∧ *πολυώνυμε Καδμείας κτλ.* Nec desunt alia exempla quibus recte me cum Brambachio discrepare probatur.

In Soph. Ant. 604—14 nemo non sentit, sexies eandem numeri speciem recurrere, pherecrateum dico sive tetrapodiam logaoedicam cum *μακρᾷ τρισήμῳ* in penultima: ⏑́ ⏑⏑ – ⏑ ⏑́ . – ∧

δὴ πολύπλαγκτος ἐλπίς
κουφονόων ἐρώτων
εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει
-μῷ πόδα τις προσαύσῃ
κλεινὸν ἔπος πέφανται
-στον χρόνον ἐκτὸς ἄτας.

a quibus non differt alterum colon, nisi quod anacrusis praemittitur *πολλοῖς μὲν ὄνασις ἀνδρῶν.* Sed vehementer falleret, qui versus 620—623 eodem numero claudi infitias iret. Imo et horum versuum mensura est tetrapodica, modo quae tempora instrumentorum musicorum sonis, non canentium voce explebantur, in rationem inducere ne omiseris, sic:

Λ Λ̄ *σοφίᾳ γὰρ ἔκ του*

et *τῷδ᾽ ἔμμεν ὅτῳ φρένας* Λ Λ̄*)

Denique in v. 624 *θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν* cyclicus dactylus tribracho, in v. 622 autem liberrime formato et duplici anacrusi aucto *τό τ᾽ ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον* trochaeo cessit. Tria quae restant cola

πολλοῖς δ᾽ ἀπάτα
πράσσει δ᾽ ὀλίγι-
πρὶν πυρὶ θερ-

dipodiae sunt, unde tetrapodias etiam re vera pro dimetris accipiendas esse patet. Quid igitur faciendum sit syllabis *τὰν σὰν* (al. *τεὰν*) vel *ἅ γὰρ*, a quibus carmen incipit, non potest dubium esse.

Nam ex ipsa diagrammatis forma imperfecta:

. . . . . ⌞ – | | . – ⏖ – ⏑ ⌞ –
⏒ – ⏖ – ⏑ ⌞ – | – – ⏖ – | . – ⏖ – ⏑ ⌞ – |
Λ – ⏖ – ⏑ ⌞ – | . – ⏖ – | . – ⏖ – ⏑ ⌞ – |
Λ Λ̄ ⏖ – ⏑ ⌞ – | | . – ⏖ – ⏑ ⌞ – |
⏖ – ⏑ – ⏑ ⌞ – | | – – ⏖ – ⏑ – Λ Λ̄
Λ ⏖͡ ⏑ – ⏑ ⌞ – | – – ⏖ – | . – ⏖ – ⏑ ⌞ – ‖

primum pedem maiorem non totum voce expletum fuisse constat, sed altera in parte, eaque priore, etiam instrumentorum sonos auditos esse, sive praecinere pergentium, sive nunc demum incipientium. Utut est, videat Brambachius, quomodo rem suam defendat: nobis certe periodi tres, quarum media a prima et tertia paululum discrepat:

. . . . . . ⌞ – . | – ⏖ – ⏑ ⌞ –, ⏒ | – ⏖ – ⏑ ⌞ –, – | – ⏖ – . | – ⏖ – ⏑ ⌞ – Λ |
– ⏖ – ⏑ ⌞ – . | – ⏖ – . | – ⏖ – ⏑ ⌞ – Λ | Λ̄ ⏖ – ⏑ ⌞ – . | – ⏖ – ⏑ ⌞ –, ⏖ |
– ⏑ – ⏑ ⌞ –, – | – ⏖ – ⏑ – Λ Λ̄ Λ | ⏖͡ ⏑ – ⏑ ⌞ –, – | – ⏖ – . | – ⏖ – ⏑ ⌞ – Λ |

---

*) Ne quis dubitet, adscribam scolion suavissimum:

ἐν Δήλῳ ποτ᾽ ἔτικτε παῖδα Λατώ,
Φοῖβον χρυσοκόμαν, ἄνακτ᾽ Ἀπόλλω,
Λ *ἐλαφηβόλον τ᾽ ἀγροτέραν* Λ Λ̄
Ἄρτεμιν, ἃ γυναικῶν μέγ᾽ ἔχει κράτος

cuius versum tertium et ab initio et sub exitum tempora nonnulla inania habuisse, docet hoc diagramma

–́ ⏒ – ⏖ –́ ⏑ – ⏑ – ⏒   5
–́ ⏒ – ⏖ –́ ⏑ – ⏑ – ⏒   5
Λ̄ ⏖ – ⏑ – . –́ ⏖ – . Λ̄ Λ   3 + 3
–́ ⏖ – ⏑ – . –́ ⏖ – ⏑ – Λ   3 + 3.

de utroque intervallorum genere plura quaerendo investigari scirique posse persuadent, quam Brambachius sumere ausus est.

Ceterum non in hac Antigonae parte sola metro modo tractato [⏓–⏖–⏑––] usus est, sed etiam in cantico praeclaro 781 sq. quatuor cola ei adstrinxit:

ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
νεάνιδος ἐννυχεύεις
οὔθ' ἁμερίων σέ γ' ἀνθρώ-
πων, ὁ δ' ἔχων μέμηνεν,

neque aliud latet sub verbis *ἀγρονόμοις αὐλαῖς*, nisi quod primi trochaei brevi suppressa numerus incedit tardius. Sed totum ponamus diagramma ut cognoscamus, quam varias formas praeterea idem induerit metrum eo, quod, cum non ubique singulae eius partes syllabis expressae fuerint, nonnullae etiam *λείμματος* signo notari debeant:

⏑–⏑– | . –⏖–
⏑–⏑– | . –⏖– | . –
| ⏑–⏖– | ⏑–.– |
| ⏑–⏖– | ⏑–.– |
α̣–⏑– | . –⏖– |
| . ⏔⏑– | . –.– |
∧–⏑– | . –⏖– |
| . –⏖– | . –
| α̱ –⏖– | ⏑–.– |
| . –⏖– | ⏑–.– |

Primum igitur in colis 2 et 8 observamus maiorem ultimi pedis defectum *κτήμασι πίπτεις*, *φύξιμος οὐδείς*, ubi cum tripodias respuat reliqua strophae conformatio, non servabitur modulatio, nisi trium morarum intercidisse cessationem statueris [. –∧∧̄]. Cave enim credas in hoc metrorum quo stropha regitur genere verba *καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδείς* ionico numero –⏔–, ⏖⏓–, ⏖⏓– adstringi potuisse. Deinde in colis etiam 1 et 2 offensioni est impar pedum quibus constant numerus: qua re adducor ut syllabam *χ̅α̅ν̅* non tam longam duarum quam quinque morarum fuisse credam, pedisque tertii sublationem sonis expressam fuisse. Rem ex hoc metrorum conspectu perspicies:

⏑–⏑– | . –⏖–⁀| . –∧∧̄ | ⏑–⏑– | . –⏖– | . –∧∧̄ ‖
| ⏑–⏖– | ⏑–.– | | ⏑–⏖– | ⏑–.– |
––⏑– | . –⏖– | | . ⏔⏑– | . –.– |
∧–.– | . –⏖– | | . –⏖– | . –∧∧̄ |
| ––⏖– | ⏑–.– | | . –⏖– | ⏑–.– ‖

qui quinque periodos tibi ostendit, unam proodicam, reliquas ita conformatas, ut quasi *παλινῳδικῶς* quinta secundam accurate repetat, quarta tertiae non plane sit absimilis, nisi quod pedum ordinem de industria invertisse videatur.

His expositis transeamus ad Antig. v. 806—16 = 823—33, quae stropha e tribus constat periodis, his verbis comprehensis: 1) *ὁρᾶτ᾽ ἔμ᾽, ὦ γᾶς πατρίας πολῖται, τὰν νεάταν ὁδὸν στείχουσαν, νέατον δὲ φέγγος λεύσσουσαν ἀελίου,* 2) *κοὔποτ᾽ αὖθις· ἀλλά μ᾽ ὁ πάγκοιτος Ἅιδας ζῶσαν ἄγει τὰν Ἀχέροντος ἀκτὰν, οὔθ᾽ ὑμεναίων,* 3) *ἔγκληρον, οὔτ᾽ ἐπὶ νυμφείοις πώ μέ τις ὕμνος ὕμνησεν, ἀλλ᾽ Ἀχέροντι νυμφεύσω.* Nulla in periodis altera et tertia admissa pausa est praeter eam, quae in periodorum commissura cernitur unius morae. Sed in prima periodo proodica, eaque duobus pedibus ceteris extentiore, tripodia *τὰν νεάταν ὁδὸν*, tetrapodiis et hexapodiis admixta, certo indicio est, tempora *ἐλάχιστα* quatuor sonis fuisse expleta. Quod ubi factum sit non liquet, sed alicubi fieri debuisse docet diagramma infra positum:

⏑̣–⏑– | ·–⏖– | ⏑–·– | ∧–⏖– | ⏑–∧∧̄ | ∧–⏓– | ⏖–⏑– | ·––– | ⏑–⏖– ‖

| ∧–⏓– | ⏑–⏖– | ·–⏓– | ––⏖– | ·–⏖– | ⏓, ––– | ⏖–·– |

| ∧–·– | ⏑–⏖– | ·––– | ⏖–⏑– | ·–⏑– | ⏖–⏑– | ·–·– |

Item tribus periodis absolvitur epod. Antig. 876—82:

ἄκλαυτος, ἄφιλος, ἀνυμέναιος, ταλαίφρων ἄγομαι τάνδ᾽ ἑτοίμαν ὁδόν.
οὐκέτι μοι τόδε λαμπάδος ἱερὸν ὄμμα θέμις ὁρᾶν ταλαίνᾳ,
τὸν δ᾽ ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς φίλων στενάζει.

Earum prima proodi vice fungens sine ulla mora decurrit, in altera vero media paulum cessatum fuisse inde efficitur, quod admissa pentapodia temporum leges servari nequeunt, cum a iusta modulatione non abhorreat hexapodia. Schema igitur rhythmicum hoc habe:

⏑–⏑⏖͡ | ⏑⏖͡⏑– | ·–⏑– | ·–⏖– | ·–⏑– | ·–⏑– |

∧–⏖– | ⏖–⏖– | ⏖–⏑∧̄ | ∧⏖͡⏑– | ⏑–·– |

∧–⏑– | ·–⏖– | ·–⏑– | ·–⏑– | ⏑–·– |

Sed non vacat hunc locum uberius pertractare, cum praesertim integre iudicantibus vel unum exemplum ad credendum sufficiat, incredulis ne nubes quidem exemplorum scrupulos ex animo evellat. Accedit, quod omnis haec de temporibus inanibus quaestio tam arcte conexa est cum altera illa quae nuper moveri coepta est quaestione ad responsionem eurythmicam pertinente, ut separari fere non possit. Videamus igitur oportet, num ad hanc quoque solvendam utile quid afferat lex illa Lachmanniana, quam iusto diutius repudiatam rursus in honorem adducere conati sumus. Affert autem me iudice quam plurimum. Nam cum plerisque persuasum quidem sit, fuisse carminum lyricorum responsionem quandam eurythmicam, aliam tamen statuerint alii, ut non mirum sit in tanta opinionum repugnantia mox exstitisse etiam qui de fide rei omnino dubitarent, maximum mihi e lege Lachmanni nasci videtur hoc commodum, quod qua tandem in re posita sit numerosa ista aequabilitas re vera ostendere videatur. Osten-

dit autem positam esse non ubique, ut nonnulli credunt, in aequabilitate colorum minutiorum anxie observata, sed in pari quoque duarum pluriumve periodorum utcunque divisarum toto ambitu, ita tamen, ut non necessario quaeque periodus alteram sibi parem expetat, sed possit etiam duabus eiusdem mensurae periodis tertia adici alius mensurae aut proodi aut mesodi vicem fungens. Exempla promas ex iis, quae supra congessimus, ac periodorum quidem eiusdem ambitus plurium ex Antig. 322 sq. 604 sq., proodi ex OR. 167 sq. Trach. 114. Ant. 806 sq. 876 sq. 781 sq. mesodi ex Antig. 1115 sq. Vin' aliud, evolve Soph. OR. 190—202:

⏑ ⏕ ⏑ – | . ⏕ ⏑ – | . – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏜| ⏑ – ⏑ ⏕ | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – . – ⏜| ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – |

⏑ – ⏑ – | . – ⏑ – | . ⏕ ⏑ – | ⏑ – . – ⏜| – – ⏖ – | ⏖ – . – | . – ⏑ – | ⏑ – . ⏓ |

– – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – | . – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏜| ⏑ – . – | . – ⏑ – | ⏑ – ⏑ – ⏜| – – ⏑ ⏕ | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – . – ||

ubi fatebere numeros etiam egregie favere coniecturae nostrae ad v. 202 olim propositae *τὸν ὦ πῦρ ἀστραπηφόρον κράτει νωμῶν, πάτερ, ὑπὸ σῷ φθίσον κεραυνῷ* et in antistropha *πελασθῆναι φλέγοντα νῶροπι πεύκᾳ 'πὶ τὸν ἀπότιμον ἐν θεοῖς θεόν.* Ac ne qua remaneat dubitatio, adscribam etiam cantici amoebaei, quod in Aeschyli Septem a v. 874 incipit, stropham alteram:

HM. (A) *διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος —*
(HM. B) *στένουσι πύργοι —* HM. A. *στένει πέδον φίλανδρον, μενεῖ*
κτέανα τ(άδ') ἐπιγόνοις.
(HM. B) *δι' ὧν αἰνομόροις —*
(HM. A) *δι' ὧν νεῖκος ἔβα καὶ θανάτου τέλος.*
HM. (B) *ἐμοιράσαντο δ' ὀξυκάρδιοι —*
(HM. A. *ἐμοιράσαντο δ',) ὥστ' ἴσον λαχεῖν, κτήματα.*
HM. (B) *διαλλακτῆρι δ' οὐκ ἀμεμφεία φίλοις*
οὐδ' ἐπίχαρις Ἄρης.

Diagramma hoc est:

⏑ –́ . – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – . –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – . –́ ⏑ – | ⏑ ⏕ ⏑ ⏕ ⏑ – | ⏑ –́ . – ⏖ – | ⏑ –́ . – ⏖ – | . –́ ⏖ – ⏑ – ||

⏑ –́ . – . –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ . – . –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – . –́ ⏑ ⏓ | ⏑ –́ . – . –́ ⏑ – ⏑ –́ . – . –́ ⏑ – | . –́ ⏖ ⏕ ⏑ – ||

Pedum simplicium idem in utraque periodo est numerus (25); sed in priore pentapodia cum octapodia et quatuor tripodiis conexa est, in posteriore hexapodia cum octapodiis duabus et uno membro tripodico.

Iam recte, inquiunt, non repugnabimus: sed in Pindaro vide, ne res ad irritum cadat. nam etiamsi cum H. I. Schmidtio pedes simplices computes, non intelligimus quomodo e. c. in Pyth. V rationes sic subduci possint, ut e duabus illis strophae partibus, quarum mensura est dipodica, eaque, quae tribus constat tripodiis et tertia duabus pentapodiis circumscripta duae

pluresve pares fiant periodi. Certe hoc non fieri in hoc carmine fatemur, quod alia compositionis lege teneri manifestum sit, neque non omnia carmina una lege regi miramur. Sat multa tamen etiam in Pindaro inveniri, ad illam tragicorum formulam exacta, diligenter examinatis omnibus asseveramus: initioque ab Olymp. I facto deinceps alia percensebimus. Stropha igitur hanc habet structuram summo artificio factam:

⏗ – – ⏑⏑ – ⏑ – . –́ ⏑ – ⏑⏑ – . – ∧ ⏖ ⏑ – ⏑ – . –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ |
–́ ⏑ – ⏑ – ⏑ – . –́ ⏑ – ⏑⏑ – . – ∧ |

–́ ⏑ – ⏑ – ⏑ – . –́ ⏑ – ⏑ ⏖ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ – ⏑⏑ – . –́ ⏑ – ⏑ – ∧ |
–́ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –́ ⏑⏑ – . – ⏑ –, ⏑ ‖

⏖ ⏑ ⏖ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ∧ ⏗ ⏑⏑ – ⏑ – . ⏖ ⏑ – ∧ |
⏗ – – ⏑ – ⏑ –. ⏖ ⏑ – ∧ –́ – ⏖ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ∧ ‖

Pedes *ἁπλοῖ* viginti tres in cola quinque tetrapodica unumque tripodicum distributi primam, totidem in easdem membrorum species conflati alteram efficiunt periodum. His tertia subiuncta est pedum duodeviginti epodica, quae alternis pentapodiis hexapodias subsequentibus in duas partes aequales dividitur. Erunt quidem, quos male habeat colon tripodicum aliam in prima aliam in altera periodo sedem obtinens, sed ii meminerint velim, simile quid in Soph. OR 177—89 observatum esse de colis tetrapodicis *ᾧ τις ἀλέξεται οὔτε γὰρ ἔκγονα* et *κρεῖσσον ἀμαιμακέτου ὄρμενον*.

Non minore arte epodi exaequantur periodi duae uni periodo proodicae subiectae:

⏗ – ⏖ ⏑ – ⏑ – . –́ ⏑⏑ – ⏑ – . – ⏑ – ⏑ – ∧ ⏗ – – ⏑⏑ – . –́ ⏑ ⏖ ⏑ – ⏑ – ∧
–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑⏑ – . – ⏑ – ∧ ⏗ – – ⏑ – . –́ ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑⏑ – – ∧́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑⏑ – . –́ ⏑ – ⏑ – ∧
–́ . – ⏑⏑ – ⏑ – . –́ ⏑ – ⏑ – . ⏖ ⏑ – ⏑⏑ – . –́ ⏑ – ∧ ⏗ – – ⏑ – . –́ ⏑⏑ – ⏑ – . –́ ⏑⏑ – ⏑ – . – ∧

Proodum ad verba usque *τοῦ μεγασθενὴς* pertinuisse inde efficitur, quod ab hoc ipso *ὀμφαλὸν* incipere exploratum est; nec dubitari posse videtur, quin periodorum rhythmicarum fines in fines periodorum rhetoricarum, quae dicuntur, inciderint. Ac prima periodus, pedum septemdecim, colis constituitur tetrapodicis duobus, tripodicis tribus iisque eo ordine dispositis, ut medias sedes tripodiae occupent, incidente post alteram unius morae cessatione: altera pedum duorum et viginti est, cessationesque singularum morarum habet duas, alteram post heptapodiam (3. 4) in sinistro cornu, alteram ante heptapodiam (4. 3) in dextro periodi latere positam incidentem; quo fit, ut totius periodi tanquam umbilicum teneat membrum dipodicum utrimque una tripodia cinctum; tertia denique eadem quidem in umbilico membra habet, eadem in lateribus, ut non videatur posse a proxima periodo differre: differt tamen quam plurimum, quandoquidem et heptapodiarum compositionem ostendit plane contrariam, et unam tantummodo cessationem admittit, eamque post membrum illud dipodicum, quod in umbilico collocatum fuisse diximus. I nunc et intra certissimas artis regulas poetarum ingenia libera inventione uti potuisse nega.

Transeo ad Pyth. II cuius stropharum descriptio haec est:

'⏔ ⏑ ⏔ ⏑ – ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏔ ⏑ – ∧ '⏔ ⏑ – ⏖ – . –, – –́ ⏖ – ⏑ – – | –́ ⏖ – ⏑ –, –
–́ ⏖ – ⏖ – ⏖ – . –́ ⏑ –, ⏖ –́ ⏖ – ⏖ – ⏑ –́ ⏖ – ⏖ – ⏑ – ∧

–́ . – ⏑ ⏔ ⏑ – ⏑ –́ ⏖ – ∧ –́ . – ⏑ ⏔ ⏑ – ⏑ –́ ⏖ – ⏖ – ∧
'⏔ ⏑ – ⏖ – . '⏔ ⏑ – . – ⏑ – ∧ –́ . – ⏖́ – ⏑ – . –́ ⏑ – ⏑ – ⏑ | –́ ⏖ – ⏑ – –

Hic quoque periodorum rhythmicarum fines enunciatorum exitu terminari vides. Nam etiamsi quis orationis duo membra (... *ἐλελίχϑονος* .. *πώλους*), quam quatuor agnoscere principalia maluerit, summa tamen res ad idem redibit. Sed recte nos quatuor sumere evincit argumentorum breviter indicatorum numerus, qui et ipse est quaternarius, siquidem praeter urbem victricem victoriaeque genus etiam victoris mentio facienda erat poetae, et numinis cuius opera tyrannus vicisset. Sed iam videamus singula. Forma compositionis est palinodica, quam hucusque ignorabamus, exaequata mediarum et extremarum periodorum mensura insignis. De singulis autem periodis observa, primam et quartam pedum septenorum duorum primo communem habere clausulam tripodicam cum heptapodia posteriore arcte conexam; deinde tempus vacuum, heptapodiae prioris moram ultimam aequans; denique denos pedes extremos percutiendi rationem: discrepare tamen eo, quod in septenis pedibus anterioribus percussio paulo alia est, illic subsequente hic antecedente membro tripodico. Qua in discrepantia ne offendas, idem in membris heptapodicis accidit, quibus et secunda periodus terminatur et tertia, ambobus membris hexapodicis eandem percussionis legem servantibus. Sed plura etiam sunt quibus mediae differunt periodi. Nam ut taceam, quo loco in secunda ponitur anacrusis, in tertia tempus inane conspici, inter utramque hoc maxime interest, quod in secunda dactylici in altera trochaici pedes dominantur. De mensura vocum *εὐ-άρματος* et *τηλ-αυγέσιν* alios aliter iudicaturos esse praevideo, mihi cur *εὐ* et *τηλ* non anacruses esse videantur sed longae trium morarum, ex ipsa metrorum descriptione apparet; nec facile credam notionibus, quas maximi ponderis esse nemo non persentiat, ius suum in pronuntiando adeo denegari potuisse, ut fere nihil valere viderentur.

Epodorum conformationem ex hoc schemate cognosces:

'⏔ ⏑ – ⏖ – ⏑ – . –́ ⏑ – ⏖ – ⏑ – . –́ ⏖ – ⏑ – . –́ ⏑ – ⏖ – ∧
⏓́ – – ⏖ – ⏑ – . '⏔ ⏑ – ⏖ – ∧ ⏓́ – – ⏖ – ⏑ – . '⏔ ⏑ – ⏖ – . | –́ ⏑ – ⏑ – ∧
'⏔ ⏑ – ⏖ – ⏑ – . –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ – . –, – –́ ⏖ – ⏑ – . –́ ⏑ –, ⏑
–́ . – ⏖ – . – ⏑ –, – –́ ⏑ – ⏖ – ∧ ⏓́ – – ⏑ –́ ⏖ – ⏑ – . –, ⏑ | –́ ⏖ – ⏑ – –

Recte fines periodorum constitutos esse, et clausulae in aures incidentes fidem faciunt, et enunciatorum in altero certe epodo termini congrui *ἀγγελίαν*, *νόμοις*: nam quod v. 46 post *σφυροῖς* oratio inciditur parum refert. Idem igitur in epodo atque in strophis est periodorum numerus, idem clausularum et usus, sed conformationis varietatem id efficit, quod, cum periodi breviores (perinde atque in Horat. Carm. IV 1, 1—4 factum est) alternis longiusculis

praemittantur, prima tertiam secunda quartam longitudine aequiparet. De ipsis vero periodis parallelis haud scio an maxime memorabile hoc sit, quod in alia aliis intervallis disiunctae sunt sedes ictibus efferendae cantum gubernantibus. Velut in per. I percutiuntur pedes 1. 5. 9. 12, in per. IV pedes 1. 5. 7. 10. 13. Ac ne quis dicat, hoc esse *numeris ferri lege solutis* (ut idem ait Horatius), neque intellegi, quid tandem periodorum profuerit aequabilitas, quam neque percipere, neque metiri possimus, nisi colorum aequabilitate adiuvemur, is meminerit, quam aures taxare non potuissent eam nullo negotio oculos metiri potuisse ex spatiorum computatione, saltantium gradibus emensorum, idque eo facilius, quo brevior esset stropharum ambitus. Eandem enim legem etiam in strophis minoribus valuisse perspicias e. c. ex Nem. II cuius initium fit a verbis *ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι.* Periodis constat duabus pedum senorum duorum

⏑́ – – ⏑⏑ – ⏑ – ∧ –́ . – ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑ – – | –́ – – ⏑⏑ – ⏓ –́ ⏑ – ⏑⏑ – . – ∧

´⏑⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – . –́ – – ⏑⏑ – ⏑ – . –́ – – ⏑⏑ – . – ∧ –́ ⏑⏑ – – –́ ⏑⏑ – –

ita tamen ut prior componatur pentapodia glyconeum et pherecrateo tripodiam excipientibus, posterior glyconeorum pari cum pherecateo versibusque adoniis duobus commisso. Nam pro *μακραῖς τρισήμοις* habendas esse syllabas *ᾱ* in *ἀνήρ* et *αι* in *Νεμεαίου* pherecreteorum ratio rhythmica suadet, *ῥα* autem in *ῥαπτῶν* ne pro syllaba ancipiti s. irrationali accipi possit, ipse poeta eo cavit, quod quinquies in eadem versus sede longa usus est.

Altero exemplo utar Nem. IV Timarcho Aeginetae dicato, quod a verbis incipit *ἄριστος εὐφροσύνα πόνων.* Diagramma hoc est:

⏓ –́ ⏓ – ⏑⏑ – ⏑ – . –́ ⏑⏑ ⏒, ⏓ – ⏓ – ⏑⏑ ⏒

– –́ ⏑ – ⏑⏑ – . –, ⏓ –́ ⏑ – ⏑⏑ – ∧ –́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑⏑ – –

–́ ⏓ – ⏑ – ⏑⏑ –, ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑ – ∧ –́ ⏑ – ⏑ – ⏑⏑ –́ ⏑ – ⏑⏑ – –

´⏑⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ –, ⏓ –́ ⏑⏑ – ⏑ –́ ⏑ – . – ∧

in quo tanta est perspicuitatis virtus, ut quavis explicatione supersedere possimus. Schema palinodicum est, ut in Pyth. II. *ϛρ*.

Tertium exemplum accipe *ἐπῳδ.* Pyth. VIII *βία δὲ καὶ μεγάλαυχον*:

⏑ –́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – . –́ ⏑ – ⏑ –, ⏓ –́ ⏑ – ⏑⏑ – . –́ ⏑ – ⏑⏑ – . ⏒ ∧

–́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – . –́ – – ⏑⏑ – ⁚ –, – –́ ⏑⏑ – . –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ∧

⏑́ – – ⏑⏑ – ⏑ – . –́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ –, ⏓ –́ ⏓ – ⏒ –́ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – –

Conformatio proodica est, ea re singularis, quod idem est pedum in proodo atque in sequentibus periodis numerus. Sed observa, proodum duabus constare heptapodiis, periodos singulis membris octapodicis et hexapodicis. Longas trium morarum in altero quoque pherecratei pede numerorum leges requirebant*).

---

*) Quamquam propter epod. *α* et *δ* possis etiam:

⏑ | – ⏑ – ⏑⏑ | – ⏑ – . | – ⏑ – ⏑ | – ∧ ∧̄ ⏓ | – ⏑ – ⏑⏑ | – . – ⏓ | – ⏑⏑ – ⏓ |

– ⏓ – ⏑⏑ | – ⏑ – . | – – – ⏑⏑ | – ⏓ ∧ – | – ⏑⏑ – . | – ⏑⏑ – ⏑ | – ⏑ –, ⏓ | et q. s.

Sed obstant epod. *γ′* et *ε′*.

Quartum. Pyth. VIII *ϛρ. φιλόφρον Ἁσυχία, Δίκας:*

⏖ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – . ⏑́ ⏑ – ⏑⏑ ⏖ ⏑ – ∧ ⏑́ . – ⏑ – ⏑⏑ –, ⏑
⏑́ ⏑ – . ⏑⏑ – ⏑ – ∧ [⏑́ ⏑⏑ – . –, –] ⏑́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ –, ⏑
⏑́ ⏑ – ⏑⏑ – . –, ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ –, ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏓ ⏑ – ⏑ – ∧

quae compositio non absimilis eius est, quam in epodo regnare vidimus: nam proodus duodecim pedes in tetrapodiarum speciem habet digestos, periodi sequentes percussionum variandarum cupidae eosdem in pentapodias heptapodiasque ex arbitrio collocandas dispescunt. Sed hoc novum, quod in ipso stropharum umbilico post heptapodiae partem priorem ubique fere maiorem incisionem admisit, tripodiamque inde natam verbis illustratam voluit ad sententiam gravissimis, velut *ϛρ. α' Πυθιόνικον, ϛρ. β' δόξαν ἀπ' ἀρχᾶς, ἀντιστ. ε' κρέσσονα πλούτου* cett.

Quintum. Pyth. XI *ϛρ. Κάδμου κόραι:*

– ⏑́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑́ ⏑ – . – . ⏓, – ⏑́ ⏑ – ⏑⏑ –
∧ ⏑́ ⏑ – ⏑⏑ ⏖ ⏑ – . ⏑́ ⏑ – ∧ ⏖ ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
∧ ⏑́ ⏑ ⏖ ⏑⏑ – – – . ⏖ ⏑ – ⏑⏑ –
– ⏑́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – . ⏑́ ⏑ – ⏑ –

Pericopae duae sunt binis constantes periodis. Ac prius quidem periodorum par in pedes viginti duo eo extenditur, quod octapodia cum tripodia commissa opponitur hexapodiae cum pentapodia conexae, posterius summam pedum quatuordecim ita in partes aequales dividit, ut duarum tetrapodiarum sua cuique tripodia subiciatur. Nam primum quemque versum in Christii editione mire sic descriptum – ⏑́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑́ ⏓ octapodica ratione percussum – ⏑́ ⏑ – | ⏑⏑ – ⏑⏑ – | ⏑⏑ ⏑́ ⏑ – | . – . ⏓ accuratissime temporum legem servare in confesso est.

Sextum. Nem. VI *ϛρ. ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος*

⏑ ⏑́ . – . – ⏑ – ⏑⏑ ⏑́ ⏑ – . ⏖ ⏑ –
∧ ⏑́ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – . ⏑́ ⏑ – ⏑ – ⏑⏑ –
∧ ⏖ ⏑ – ⏑⏑ – . ⏖ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –, ⏑⏑ ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑́ . ⏖ – ⏓
⏑́ ⏑ – ⏑⏑ – . ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ∧ ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – ⏑⏑ – . ⏖ – ⏓
⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ∧

Quinque periodorum postrema epodi vice fungitur: reliquarum suam quaeque comparem paris ambitus habet continuo adiunctam. Ac priorem bigam quatuor constituunt tetrapodiae, in altera tripodia cum duabus pentapodiis copulata, tribus membris tripodicis duobusque dipodicis exaequantur.


UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 073939982